NON MARMOR ILLVD HERCVLIS
EST, REGNORVM META TVORVM,
SED ORBIS VNIVERSVS

VIVE TRIVMPHA

ET

HANC OPERAM

AMORIS IN TE NOSTRI ET OBSERVANTIÆ
NOTAM VELIS ESSE

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS
589348
III

REX OPTIME

Non Tuas æquè complectitur laudes, & victorias, sed quia Tuæ sunt illæ etiam in vmbra, solem, & in apice quouis, nullo æuo interituram habebunt molem. Sera, & ad triumphos Tuos pene postrema accessit, vt à postremis mortalium necesse fuit, & qui prius Tuam demirati sumus felicitatem, quam adorauimus, prius votis prosecuti, quàm plausibus; vt, si alios Tuæ dignitatis suffragatores, victoriarumque gratulatores habueris, nobis hercle, Tui magis Studiosos vix reperias, qui in Te amando & venerando nec tempus, nec terminos ponimus alios, quàm TEIPSVM, ET TVA OMNIA.

QVANQVAM

Palmam amoris non ambimus, qui tuis pedibus
Triumphalem viam fecimus

VT

Quocunq; loco vides nos, & nostra corda tibi sterneremus

CALCA, NON ONVS ERIS, SED HONOS, TVI STVDIOSIS

QVI

Hostibus, dum eos premeres, leuamen fueras;

ET LICET CALCAVERIS

SVB PEDIBVS TVIS, ET THRONO TVO.

ESSE IVCVNDVM ERIT COLLEGIO NOSTRO
QVOD EST MINIMÆ *SOCIETATIS*

TIBI *DEVOTÆ*, TIBI *MANCIPATÆ*.

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

11.1.25